

D bis.

LUDOVICI BALBI DIPLOMATA.

AN 870. MONASTERIA NANTUADENSE ET SAVINIACENCE CONFIRMAT ECCLESIE
LUGDUNENSI.

APUD SEVERTIUM IN CHRONOLOGICA HISTORIA ARCHIEPISCOPORUM LUGDUNENSIVM (p. 189).

Deprecatione diluti nostri Duci Bosonis res Ecclesiae Lugdunensis, cui venerabilis Archiepiscopus Aurelianus praeesse dignoscitur, sub immunitatis nostrae defensione, sicut genitorem nostrum divae memoriae Carolum augustissimum imperatorem, fuisse suscepimus, ipsi Ecclesiae et suo Praesidii roborando confirmamus; videlicet in pago Lugdunensi NANTUADENSE Monasterium et Saviniacense cum appenditiis eorum, quae quandam praecipuum Lugdunensi Ecclesiae in honore B. Stephani Protomartyris dicatae condonavit; et immunitatem villae Orbanæ juxta ipsam civitatem, et Ansam villulam in usus fratrum, etc.

Actum Trecae II Idus septembris, anno I regni.

(Recueil des historiens des Gaules et de la France, par des religieux bénédictins de la congrégation de Saint-Maur, IX, 412).

D ter.

CAROLI CRASSI IMPERATORIS DIPLOMATA.

An 883. Quaedam confirmat Ecclesiae Lugdunensi. Apud Baluzium Miscell. lib. 2, p. 150.

In nomine Domini Dei aeterni et Salvatoris nostri Jesu Christi, Carolus divina ordinante providentia Imperator Augustus, etc.

Volumus quoque ad praefatorum fidelium nostrorum deprecationem praecipua a nostris statuta patris, piissimis videlicet imperatoribus Augustis Lothario; atque Karolo, eorumque filiis Lothario atque Karolo Regibus, nec non et consobrino nostro Ludovico Regia, nostrae autoritatis alio praecipuo confirmare quod et fecimus.

Et hoc praecipuo confirmavimus, in pago scilicet Lugdunensi NANTUACENSE Monasterium et Saviniacense cum appendiciis suis, et in eodem pago immunitatem Villae Urbanae juxta civitatem, et Ansam villulam in usum fratrum, ... Vicumque Ambariacum, etc.

Data XII Kalendas Julii, anno Christo propitio V imperante domino nostro serenissimo Karolo Imperatore Augusto, in Francia vero anno imperii ejus primo.

Actum Stirpiaco villa in Dej nomine, Indictione tertia

(RECEUIL DES HISTORIENS DES GAULES ET DE LA FRANCE, IX, 338).

D quater.

LUDOVICI REGIS PROVINCIÆ SEU BURGUNDIS, ET IMPERATORIS DIPLOMA,

An 892. Villas concedi Ecclesiae Lugdunensi. Apud Baluzium Miscell. lib. 2, p. 153.

In nomine Sanctae et individuae Trinitatis, Ludovicus divina ordinante providentia Rex.

Volumus quoque ad gloriosissimae genitricis nostrae votum praecipua à nostris statuta avjs et proavis, piissimis videlicet imperatoribus Augustis, Lothario, Ludovico atque Karolo, eorumque filiis ac nepotibus Regibus, nec non et consobrino nostro Ludovico, regia nostrae autoritatis isto videlicet confirmare. In pago scilicet Lugdunensi NANTUADENSE Monasterium et Saviniacense, cum suis omnibus appendiciis, et in eodem pago immunitatem Villae Urbanae juxta civitatem, et Ansam villam in usus fratrum.... Ambariacum, etc.....